Fragmentarium



sunt mirabiles et moribus uenerabiles. et in xpi cruce non erubescen
tes. et hec magna sunt que uidentur. et in futurum reseruantur.
Sexaginta sunt. regine. et octoginta concubine. et adolescentu
larum non est numerus. Regine sunt que amore sponsi. et celestis
premij intuitu. per predicationem ueritatis. et fidei. et sacri
baptismatis fontem. sobolem eterno regi spalem generant. Con
cubine sunt. que carnali solummodo commercio. xpm predicando uel
baptizando docent. Ideo he perfectionem senarij numeri per de
calogum seruantes designant. Adolescentule aiae sunt. in xpo
nuper renate. quarum summa per multitudine ciuium celestium nu
merum transcendunt. Vna est columba mea. perfecta mea. Scam ui
delicet uniuersalis ecclia per totum orbem. Vna est matris sue. elec
ta genitricis sue. i. Celestis ierhm que mater est omnium nrm. unde
ad nos gratia spus sci descendit. qua diligimur. et renascimur deo.
Viderunt eam filie syon. et beatam dixerunt. et regine lauda
uerunt eam. Quas prius dixit adolescentulas. nunc filias nominat
Regine et concubine. idem sunt quod ante. Omnes catholicam
laudant ecclam. Que est ista que progreditur quasi aurora con
surgens. Progreditur ecclia quasi aurora. quia iam ueri luminis
sol in ea ortus. mundo per tenebras longe ignorantie monstra
tur. Pulchra ut luna. electa ut sol. terribilis ut castrorum acies
ordinata. Terribilis contra aerias potestates. in unitate fidei ca
ritatis et spei ordinata. Descendi ad ortum nucum. ut uidem po
ma conuall. hortus et enim presens ecclia est. ubi nras conscientias
alterutrum minime uidemus. Sed fracta per te apparebit
intime dulcedinis gustus. Poma conuall. fructus est humili

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.2, 16v – Aelredus Rievallensis, Compendium speculi caritatis; Alcuinus, Compendium in cantica canticorum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-it7i/5150/49311)